



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 9. Tartarorum jugum a Joanne Basilide Moschorum Duce excussum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

quorum nomina ignorantur. Hos exci- Sæcul. XV.
A.C. 1479.
piunt Georgius I, Demetrius I, Geor-
gius II, qui a Batto Tartarorum Rege
Anno millesimo ducentesimo trigesimo
septimo trucidatus obiit; sequebantur
Iroslaus Georgii II. frater, Alexander,
Daniel, Joannes cognomento *Kaleta*, id
est Cramena, ita dictus, eo quod plerum-
que pro eleemosyna pauperibus elargien-
da marsupium deferret. Regnabant po-
stea Simeon, & Joannes II. Basilii II. fra-
ter, necnon Demetrius ejusdem Basilii
filius, qui anno Domini millesimo qua-
dringentesimo vixit, eique Joannes Basi-
lide cognomento *Magnus* successit, qui
excussit Tartarorum jugum, a quibus
Moscoviæ Duces velut mancipia indignis-
sime habiti fuerant. Hic Princeps con-
jugem ducebat Sophiam Palæologam,
filiam illius Thomæ, qui Constantini XV.
ultimi Constantiopolitani Imperatoris
capta urbe occisi frater erat.

§. IX.

Tartarorum jugum a Joanne Baslide Moschorum Duce excussum.

Igitur Joannes Baslide a dūræ servi- Mich. l. 42
c. 72.
Cromer. l. 29.
tutis jugo, quod ei Tartarorum poten-
tia imposuerat, feliciter sese exemerat,
atque in Russia alba, quæ Lithuaniae Du-
ci parebat, plures occupaverat urbes, de-
mum

Sæcul. XV. demum vero amplam, insignemque No
A.C. 1479. vogardiam Russiæ metropolim in suam
potestatem redegit. Nec minus prospere res ei successit Moscovia, quam ubi
bem flumen Moskua alluit, suumque no
men non solum præfatæ civitati, sed
toti etiam regioni impertitur. Joanne
igitur capta Novegardia cunctes Imper
sui Proceres urbe exire, eosque Moscuan
abduci jussit, ibidemque sub specie con
vivii, præcipuos urbis incolas convoca
vit; cum vero circumcirca copias su
ad imperii nutum paratas haberet, hi
populis comminatus est, se eorum urban
obseffurum, penitusque eversurum, in
ultro fese dederent. Cives, cum cuncto
Patriæ suæ Proceres jamjam in Joa
nis potestatem redactos cernerent, i
quocque suaque omnia ejus arbitrio reli
querunt. Ceterum Moscovia celeberr
mum totius Septentrionis emporium erat,
atque ab illo tempore, quo ab Ale
xandro Witholdo subacta fuit, quotan
nis magno Lithuaniae Duci centum au
reorum millia pendebat; tantis enim a
bundabat divitiis, ut ex civium opibus
ac præcipue ex Archiepiscopi ærari
Joannes Basiliades trecentos currus auro
argento, unionibus & gemmis onustos
exportari jusserit, ac nihilominus tertiam
facultatum partem singulis civibus inta
ctam reliquerit: Unde Joannes potentia
vix ulli secundus evasit.

§. X.